



**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus IV. Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias, sub an[n]uo censu  
concedant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

item comm  
& huncq  
oilius ellip  
on sit dura  
quantum  
, Nequod  
ia turpis d  
egatur! cu  
tione turpi  
autem deha  
oluntas ips  
cepta per  
utpore lat  
retium app  
m delinq  
ari Ecclesi  
t.h.t.  
niæ est Eccl  
ndum adi  
implices de  
3. & o  
es, etiam  
nt etiam pr  
etnr com  
malefactio  
s 3. ex 1  
uantum E  
uerendum  
1311. N.  
& dispen  
t solus Pa  
s conditio  
bus

bus, de quibus vid. Pyrrh. Corrad. in *Praxi di-  
spens. l. 5. c. 9. & 10.* Reiffenstuel *h. t. à n. 341.*  
Si tamen delictum sit occultum, & ad forum con-  
tentiosum non deductum, à Censuris absolvit  
Episcopus. Trid. *f. 24. c. 6. de ref. & Religiosi*  
Mendicantes ex privilegio, pro foro interno.  
Idem Episcopus dispensat cum eo, qui beneficium  
Simoniacè obtentum sponte & ante sententiam  
condemnatoriam dimisit, ut notant DD. *ex can.*  
*2. caus. 1. q. 3.* & cum eo, qui per alienam Simo-  
niacem, se inscio, obtentum dimisit, ad idem rursus  
obtinendum. *c. penult. de Elect.* An verò Episco-  
pus vi Trid. *lo. cit.* dispensare possit ad obtainen-  
dum rursus idem beneficium priùs Simoniacè ob-  
tentum, vel potius retinendum, si delictum man-  
sit occultum, & ad forum contentiosum non de-  
ductum, disputant DD. Reiffenstuel cum comunio-  
ni negat. Henriq. Less. Palao *p. 3. tr. 17. d. 3. pu.*  
*ult. n. 4.* affirmant probabiliter, & inclinat P. Kri-  
mer *h. t. n. 592. seqq.*

## TITULUS IV.

Ne Prælati Vices suas vel Ecclesias  
sub annuo censi concedant.

### SUMMARIUM.

1. *Explicatio Rubricæ.*
2. *An committatur Simonia, si pro concessso usu  
potestatis Ecclesiastica, vel Ecclesia, accipia-  
tur pensio temporalis.*

In

**I**N hoc titulo, qui, uti & sequens, est appo-  
dix prioris, prohibetur Prælatis specia-  
ter ut Simoniacum vices suas, nempe iuris-  
dictionis, potestatis, aut regiminis sui exerci-  
tum aliis committere, aut Ecclesiæ ipsas adiun-  
concedere, pro annuo censu, h. e. pensionem  
temporali quotannis solvenda. Unde

**2.** Dico. Prælati, Officiales, aut Beneficiarii  
clericastici, qui exercitium potestatis aut ad-  
ministrationis Ecclesiasticæ, v. g. Vicariatū, De-  
natū, consecrationē Ecclesiæ, curam anima-  
rum, dispensationem &c. aliis elocant pro am-  
pensione, committunt Simoniam, certis per-  
obnoxiam. c. 1. 2. 3. b. t. Et qui Ecclesiæ  
pro simili pensione, at sine pena in Jure de-  
minata. rubr. b. t. Qui verò præcisè fructus  
temporales ad tempus ita elocant, non committunt  
ullam Simoniam. c. 4. eod. Ratio horum omni-  
est, quia in prioribus conceditur res spirituali  
pro temporali, non autem in ultimo casu. O.  
**1.** Solent Episcopi sine scrupulo suis Vicarii  
tuere annum salarium: ergo vices suas con-  
dere pro annua pensione non est Simoniacum.  
**2.** Licet Episcopis eximere Ecclesiā vel Mo-  
sterium à sua jurisdictione pro annua penitenti-  
consequenter pro hac remittere exercitium iuris-  
dictionis. c. 6. de Relig. domib. ergo & con-  
dere usum jurisdictionis; cùm remittere spirituali  
pro temporali, & vicissim, idem sit ac dare.  
ad 1. Solent constituere salarium suis Vicariis  
modum stipendi ad sustentationem. C. ant. p.  
modum pretii. N. ant. & conf. Ad 2. Illa pen-  
annua non accipitur tanquam pretium pro  
dictio.

ditionis exercitio remisso, sed in recognitionem  
exemptionis gratuitò concessæ, & in signum in-  
dulæ libertatis, vel in probationem antiquæ sub-  
jectionis.

## TITULUS V.

*De Magistris, & ne aliquid exiga-  
tur pro licentia docendi.*

### SUMMARIUM.

1. *Quinam dicantur Magistri, Doctores, Licen-  
tiati.*
2. 3. *An pro licentia docendi, vel pro ipsa doctio-  
ne, aliquid exigere vel accipere illicitum vel  
Simoniacum sit.*

**P**er Magistros hic veniunt omnes, qui litte-  
ras, artes, aut quamcunque disciplinam  
alios docent; & tales, qui saltem Gram-  
maticam doceant, in singulis Ecclesiis Cathedrali-  
bus, vel etiam Collegiatis, imò & qui Theologi-  
am, in Metropolitanis, & Cathedralibus, atque  
Collegiatis, ubi facultates suppetunt, constitui vo-  
luerunt Concilia Lateranensia sub Alex. III. & In-  
noc. III. ut refertur c. 1. & 4. h.t. item Trident.  
*s.s.c. 1. de ref.* qui simul sint Canonici, & de præ-  
benda ad congruam sustentationem necessaria pro-  
visi, ac propterea *Scholastici* appellantur, qui,  
quamvis in plerisque Ecclesiis in Germania retine-  
ant hoc nomen, munus tamen non exercent, sed  
exercetur ab aliis in Academiis, Lyceis, & Gym-  
nasiis, quorum sufficiens est copia. Item ve-  
niunt, qui in aliqua Facultate, nempe Theo-  
logica,